Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Cui uenerabilis pat. nequaquam se habere xii. solidos respon
dit. Sed tamen eo inopia blanda locutione consolatus ait. Va
de et post biduum reuertere. quia de est hodie. quod tibi de
bea dare. In ipso autem biduo more suo moratione fuit oc
cupatus. cum die tercio is qui debite necessitate afflige
bat redit. Sup archa o monasterii que erat frumento
plena. tredecim solidi sunt inuenti. Quos uir di deferri
iussit. et afflicto pecunio tributi dicens. ut duo decim
solueret. et tercium decimum in expensis pprius haberet.
Sed adea nunc redeamus. que eo discipulis ex ordio predicens it
ferentibus agnouit. Quidam uir grauissima aduersarii sui
emulatione laborabat. cui ad hoc usq; odium pecessit. ut
ei nesciente in potu uenenum daret. Qui quam uis uitam
auferre non ualuit. cutis tamen colorem mutauit. ita ut dif
fusa in corpore eius uariatas. lepre more imitari uideretur.
Sed addi hominem deductus. salutem pristinam citius recepit.
Illam mox ut eum tetigit. omnem cutis illius uariatem fuga
uit. Eo quoq; tempore quo alium magna inopia campaniam
grauem affligebat. uir di diuersis indigentibus monas
terii sui cuncta tribuerat. ut pene nichil in cellario
nisi parum quid olei in uitreo uase remaneret. Tunc
quidam sub diaconus agapitus nomine aduenit. magnope
postulans. ut sibi aliquantulum olei dari debuisset. Vir
autem dei qui cuncta decreuerat uitera tribuere. ut
in celo omnia reseruaret. hoc ipsum parum quod remanserat
olei iussit pecunio dare. Osonachus uero qui cellarium
tenebat. audiuit quidem iubentis uerba. sed implere distulit.